



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita Beati Aloysii Gonzagæ E Societate Iesv,
Ferdinandi S. Rom. Imp. Principis, Marchionis
Castilionensis F. Natu Maximi, Libri Tres**

Cepari, Virgilio

Coloniæ Agrippinæ, 1608

R. Generalis Societatis Iesu.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43934

CLAVDIUS AQUAVIVA
 PRAEPOSITVS GENERALIS
 SOCIETATIS IESV.

Concedimus facultatem, vt liber de vita B.
 ALOYSI GONZAGAE, è Societa-
 te nostra, à P. VIRGILIO CEPARIO Theo-
 logo eiusdem Societatis compositus, & à nobis ip-
 sis, multisq; alijs Theologis nostris lectus, & ap-
 probatus, typis mandetur si ita videbitur Reueren-
 disimo Patri Magistro Sacri Palatij. Speramus
 enim non mediocrem fructum spiritualem homi-
 nibus cum religiosis tum secularibus, qui eum le-
 gerint, allaturum. Idcirco verò libentius id con-
 cedimus, quòd certa notitia, & propria scientia
 nobis liquet, hunc sanctum, & benedictum ado-
 lescentem, omni virtutù genere absolutissimum,
 utilissimiq; exempli fuisse. neq; enim solum in
 saeculo ita semper est versatus, vt omnibus virtu-
 tum documento esset, sed etiam postquam à no-
 bis in societate allectus est, semper fuit vera per-
 fectæ sanctitatis IDEA, talisq; communiter ab
 omnibus existimatus est, qui paucis illis annis,
 quibus inter nos vixit, eum norunt, eoq; sunt vsi.
 quo tempore cõperimus, plurimù Deum illa ani-
 ma delectari, eamq; multis donis naturæ in ex-
 cellentioribus locupletauisse, è quibus foras san-
 ctissima opera, & angelici mores dimanabant.
 Ita vixit, ita cõtinenter perseueravit, donec vita
 defunctus demigravit in cœlum; quòd illam ani-
 mam

*nam sanctam ad aeternam gloriam fruendam, Deiq;
pacem nobis exorandam confestim euolasse, fir-
mis nixi fundamentis credimus. Quorum omnium
fidem libenter facimus, quo veritati testimonium
demus, ad gloriam Domini nostri, à quo omnis
sanctitas tribuitur, cui laus, & honor sit sempi-
ternus. Romæ Pridie Idus Iulias M. DC. V.*

Claudius Aquaviua.

PRIVILEGIUM.

EGO HENRICVS SCHERENVS So-
cietatis IESV in prouincia Rhenana Pro-
uincialis, iuxta priuilegium à S. CAESAREA
MAIESTATE eidem Societati concessum,
quo cautum est, ne quisquam typographus libros
ab eiusdē Societatis hominibus compositos, absq;
illorum permissu, excudere, vel distrahere au-
deat; BERNHARDO GVALTERI ciui, &
typographo Colonienfi, potestatem facio impri-
mendi hos DE VITA BEATI ALOYSII
GONZAGAE LIBROS TRES, auctore
VIRGILIO CEPARIO eiusdem Societatis
Sacerdote, quos pridem ab Admodum Reueren-
do P. N. CLAVDIO AQUAVIVA Praeposito
Generali approbatos. & vulgari Italico sermone
editos, iam in nostra Prouincia Latinitate do-
nandos curauimus. Datum Moguntiae X. Kalend.
Iul. A. DN. M. DC. VIII.

Henricus Scherenus,

DE